



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiæ, 1635

Cap. VII. Crvci decreta corona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46093)

CAPVT VII.

CRVCI *decreta corona.*

Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. *Apocai. 2, 10.*

Aeternam doctâ CRVX fabricat arte coronam:

O quantum est, Christi pro CRUCE ferre CRUCEM!



IA CRVCIS faxis aspera, vepribus horrida, longitudine tædiosa, tota denique angusta & permolesta, in maximas sæpè angustias Staurophilam conijciebat. Fuit, cum pusillanimitate spiritus oppressa, seriò meditaretur viam deserere, CRUCEM abijcere, & tot exantlatos labores vnico momento reddere irritos. Sed fidelis *1. Cor. 10,* est Deus, qui non patitur suos tentari supra id ^{13.} quod possunt, sed facit etiã cum tentatione prouentum, vt possint sustinere. Nam affulsit illicò afflictæ illi miserantis Christi benignitas, qui blandè eam consolans, *Esto, inquit, fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* *Apoc. 2, 10.* Aspera est hæc via, nec inficior, & scio quanta sustineas; at noli deficere, hisce dolo-

Esto fidelis vsque ad mortem, et dabo
tibi coronam vitæ. Apocal. 2, 10.



Æternam doctâ CRVX fabricat arte coronam.
O quantum est CHRISTI pro CRVCE ferre
CRVCEM!

ribus æterna respondet corona. *Beatus* siqui- Iac. 1, 12.
dem qui suffert tentationem; quoniam cum
probatuſ fuerit, accipiet coronam vitæ, quam
repromiſit Deus diligentibus ſe. Ad hæc
Staurophila: Delectat quidem mentem im-
marceſcibilis illa gloriæ corona; ſed heu!
nimiùm frangor & pænè fatiſco. Cui Chri-
ſtus: Mitte querelas. Niſi tentatio, nec corona; Chryſoſt.
niſi certamina, nec præmia; niſi ſtudia, nec ho- Hom. 4. ad
noreſ; niſi tribulatio, nec remiſſio; niſi hiemſ, Pop.
nec æſtas. Ergo quando tentariſ, cognoſce quia
paratur corona. Nonne tentatio Ioseph virtu- Ambroſ.
tis eſt celebratio? nonne iniuria carceriſ, corona lib. 4. c. 4.
*eſt caſtitatiſ? * Vt gubernatoreſ nauis tempe-* in Lucam.
ſtas, Athletam ſtadium, militem acieſ, magna- * Baſil.
nimum calamitaſ, ſic Chriſtianum hominem Orat. 11.
tentatio probat. de Patient.

Ego verò, inquiebat Staurophila, imbel-
 lis miles, vires mihi deeſſe ſentio, nec athle-
 ticè valeo depugnare, multò minùs vincere.
 Non pugnare te, Staurophila, ſed tolerare
 doceo. Non inferre, ſed perferre mala, coro-
 nam meretur. *Ladendo vincere, ſatanicarum* S. Iſidor.
legum eſt; ac proinde in Olympicis illiſ certa- Peluſ. 1. 2.
minibuſ, quæ in ipſiuſ honorem celebrantur, ſic Epift. 169.
coronam conſequuntur qui decertant. At in
ſpirituali palæſtrâ, contraria coronarum lex eſt.
Hic enim lege ſancitum eſt, vt qui percutitur,
non qui percutit, coronâ donetur. Hoc demum

caeleste stadium, hoc Angelorum theatrum merito esse creditur.

At durum est, inquiebat Staurophila, per saxa, per sentes & spinas graue hoc pondus CRVCIS circumferre. Quid times spinas? respondebat Christus. an non de illis crescunt rosæ, quibus coroneris in cælis? Ne vearis igitur, mea Staurophila, ad imitationem capitis tui, pro te spinis coronati, sentes & vepres pro diademate & seroto decôris tibi imponere, & ego dabo tibi coronam de lapide pretioso. Elige, cum electâ meâ Catharinâ Senensi, hîc spineam, vt postea recipias coronam auream.

Domine, vt video, inquiebat Staurophila, aurea hæc corona magni constat, & incudem & malleum pati oportet vt fabricetur.

Quid ni ita fiat? aiebat Christus, afflictiones coronæ horum sunt, qui in eis certamen sustinent. Nónne & super dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam? Si iam & iusti inter malleum & incudem ponantur, ipsâ impiorum malleatione Deus eis coronam gloriæ componit. Habeto igitur & tu mentem fixam & duram sicut incudem, vt per alternos malleorum ictus & crepitus percussa, ludibriis & maledictis irrisionibusq; laceßita, iniurijs affecta, infracta, & in nullo laesa seu dissoluta perseuerans, tota lenis

S. Nilus in
Parænesi.

Psal. 128, 3

Blesens.
Epist. 1 34.

Climach.
Grad. 4.

lenis & plana immobilisq; persistas. Malleum autem non pati, mollis est animi. Opportunè nonnemi Pythagoras dicebat: *Etsi argentum sis, ex te tamen nec obolus proba moneta fiet, cum tam impatiens existas.* Ita tibi quoque iure dixerim, quamuis argentea, quamuis aurea sis, pluribus precibus Deum fatiges, nullius tamen pretij es, quia malleorum impatiens: & ideò ex te pretiosa non fiet corona. Quibus verò infractus inter aduersa stat animus, næ illi splendidissimas sibi fabricant coronas. Talis S. Secunda Martyr, quæ tyranno aiebat: *Gloria nominis Christiani verberum ictibus augetur, & tot conciliat coronas sempiternas, quot temporarijs flagellorum ictibus pulsatur.* Quid verò hinc consequitur, nisi quòd vbi deest CRUX, vbi deest malleus, defuturam quoque coronam? Crede mihi Staurophila, *si tribulationes Sanctorum crudeli miseratione minuuntur, paulatim gemmis corona ipsorum priuantur; quia quantò in hoc seculo magis fuerint afflicti, tantò post resurrectionem maioribus honoribus extollentur.*

Non leuis, inquiebat Staurophila, sub CRUCE perseuerandi mihi indicitur necessitas. Nam si absque eâ periculum subeo amittendi æternam gloriæ coronam, quiduis potiùs tolerauerim, quàm huic me discrimini expo-

Drexel.
Gymnal.
patient.
part. 2. c. 1.
§. 3.

Surius in
Vitâ 10.
Iulij.

Laurent.
Iust. in
Ligno vitæ
de Patient.
cap. 3.

Apoc. 3, 11 exponam. Et Christus: *Tene, filia, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Si CRVX premat, malleus contundat, tribulatio affligat, non tristia hæc nimium consideres, sed oculos conijcias in eam quæ tibi repromittitur coronam. Hæc dolorem minuet, & leuior erit omnis CRVX, quam huius condierit consideratio.*

Cyprian.
l. 4. Epist. 6.
de Exhort.
Martyrij.

*Ad agonem secularem exercentur homines, & parantur, & magnam gloriam computant honoris sui, si illis, spectante populo, & Imperatore presente, contigerit coronari. Ecce agon sublimis & magnus, & coronæ celestis premio gloriosus, ut spectet suos certantes Deus, & super eos, quos filios facere dignatus est, oculos suos pandens, certaminis spectaculo perfruat: Quanta gloriæ dignitas, quanta felicitas, præside Deo coronari! Verè hoc magnum, inquiebat Staurophila, sed quotusquisque horum in ipso certamine recordatur? Non legisti, aiebat Christus, quantus ad passionem stimulus fuerit Quadraginta Martyribus, & carceris custodi coronarum, quas expectabant, intuitus. Cum enim ob fidei confessionem vinculis constricti hiemis tempore frigidissimo, nudi sub aperto aëre pernoctare iussi essent, ut frigore congelati necarentur, ita orabant: *Quadraginta in stadium ingressi sumus, quadraginta item, Domine, coronâ**

Breuiar.
Roman.
9. Martij.

coronâ

coronâ donemur, ne una quidem huic numero desit. Cùm autem ianitor carceris quosdam è celo descendentes Angelos, tamquam à Rege missos, qui coronas triginta novem militibus distribuerent, intueretur, ita secum loquebatur: *Quadráginta hi sunt, quadragesimi corona ubi est? Quæ dum cogitaret, vidit vnum ex illo numero, cui animus ad frigus ferendum defecerat, in proximum tepesactum balneum desiliisse.* Sed ille coronæ incensus cupiditate, excitatis custodibus, vestes sibi detraxit, ac Christianum se clarâ voce professus, Martyribus se adiunxit. Tanti momenti est coronam respicere, coronam meditari! Cogita, quæso, quâ lætitiâ exultabis, quo gaudio perfundêris, cùm dulcissimâ voce sponsum animarum aliquando dicentem audies: *Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dominus preparavit in æternum?*

Breuiar.
Rom. Ant.
de Virg.

